500.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg bestätigt vorstehenden Tausch zwischen dem Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg und dem Bischof Hermann von Münster, welcher für die Berge, Ufer und Forst in Rothenburg eine halbe Hufe in Zickeritz erhält mit Zustimmung des Grafen Hoier von Mansfeld als Vogt, welcher in Gegenwart des Markgrafen Dietrich und dessen Bruders, des Grafen Dedo, zugleich auf die Vogtei Verzicht leistet. **[1174—1184.]**

Hdschr.: Kop. Perg. Cod. Viennense (Saec. XII.) fol. 26ª. Bibliothek Wernigerode.
Gedr.: Geschichtsq. der Prov. Sachsen 10,53. v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. 1548.
Anm.: Betreffs der Datirung vergl. die vorhergehende Urkunde.

In nomine sancte et individue trinitatis. Wichmannus dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus. Notum esse cupimus tam futuri quam presentis evi[a]) Christi fidelibus, quod fratres ecclesie beatę Marię in Magdeburg a venerabili Hermanno Monasteriensi episcopo montana quedam in Rodenburg[b]) et litus aque cum foresto adiacente et sub advocatia comitis Hogeri sita atque ad capellam curie eiusdem episcopi pertinencia in concambio acquisierint, pro quibus prefato episcopo dimidium mansum in villa Cikeriz situm restituerunt. Idem autem comes Hogerus, qui predictorum bonorum, ut dictum est, advocaciam tenebat, eam in presentia marchionis Theoderici nec non et fratris eius Dedonis comitis aliorumque multorum per manum Burchardi burchravii nostre potestati resignavit, pro qua etiam dicti dimidii mansi, qui in concambio datus est, advocaciam recepit. Huic autem ordinationi Volcquinus sacerdos assensum prebuit, qui predicte capelle beneficii tunc temporis compos exstitit. Ut autem id, quod factum est, futuris temporibus ratum et inconvulsum permaneat, postea in placito sepe dicti Hogeri comitis in Bisinburg stabilitum est et omni, quo decebat, iure firmatum in presencia iudicum scabinorum.

501.

Everher von Alsleben kauft von der Aebtissin des Klosters Gerbstedt zwei Hufen, verspricht, daß nach seinem Ableben diese Besitzungen dem Kloster heimfallen sollen, und begiebt sich zur Hand des Markgrafen Dietrich und des Grafen Dedo des Widerrufs. **[Vor 1185 Febr. 9.]**

Hdschr.: Cod. Viennensis (Saec. XII.) fol. 29ª. Bibliothek Wernigerode.
Gedr.: v. Ludewig, Rel. manuscr. 2,389.
Anm.: Der Urkunde fehlt jede Datirung, auch bietet sie wenig Anhaltepunkte, um die Zeit der Abfassung bestimmen zu können. Wir setzen sie deshalb vor 9. Febr. 1185, weil Markgraf Dietrich an diesem Tage starb.

— — Cum enim prefatus E[uerherus] herede careret et nobis sua possessio cedere deberet, nos pietatis intuitu bone voluntati sue assensum prebentes hunc contractum favore et beneplacito nostro prosecuti sumus, ipseque in manum nostram et marchionis Th[eoderici] et Dedonis comitis spopondit, quod prescriptam actionem nunquam revocaret in irritum, sed secundum formam prescriptam eam omni diligentia et studio custodiret et teneret.

500. *a)* evi *fehlt Kop.* *b)* in Rodenburg *auf radirtem Grunde von einer Hand des 15. Jahrh. nachgetragen.*